Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Incipit Prologus in libro ihu filii Syrach

Multorum nobis et magnorum per legem et prophetas aliosque qui secuti sunt illos sapientia est demonstrata in quibus oportet laudare Israel doctrine et sapientie causa quia non solum ipsos loquentes necesse est peritos sed etiam extraneos posse et discentes et scribentes doctissimos fieri. Avus meus ihesus postquam se amplius dedit ad diligenciam lectionis legis et prophetarum et aliorum librorum qui nobis a parentibus nostris traditi sunt voluit et ipse scribere aliquid horum que ad doctrinam et sapientiam pertinent ut desiderantes discere et illorum periti facti magis magisque attendant animo et confirmentur ad legittimam vitam. Hortor itaque venire vos cum benivolentia et attentiori studio lectionem facere et veniam habere in illis in quibus videmur sapientes ymaginem sapientie et deficere in verborum compositione. Nam deficiunt et verba hebraica quando translata fuerint ad alteram linguam. Non solum autem hec sed et ipsa lex et prophete et cetera que librorum aliorum non parvam habent differenciam cum in alteram locucionem apud linguam scriptum. Nam et in octavo et tricesimo anno temporibus ptolomei euergetis regis

euergetes

postquam perveni in egiptum. Et cum multum temporibus ibi fecissem inveni libros relictos non parve vel contempnende doctrine. Itaque bonum et necessarium putavi et ipse aliquam addere diligentiam et laborem interpretandi istum librum. Et multa vigilia attuli doctrinam in spacio temporis ad illa que ad finem ducunt librum istum et dare illis qui animum volunt intendere et discere quemadmodum oporteat in

l instruere

stituere mores qui secundum legem domini proposuerit vitam agere.

Incipit Ecclesiasticus .I.

Omnis sapientia a deo est et cum illo fuit semper et est ante evum. Harenam maris et pluvie guttas et dies seculi quis dinumeravit? Altitudinem celi et latitudinem terre et profundum abissi quis mensus est? Sapientiam dei precedentem omnia quis investigavit? Prior omnium creata est sapientia et intellectus prudentie ab evo. Fons sapientie verbum dei in excelsis. Et ingressus illius mandata eterna. Radix sapientie cui revelata est et astutias illius quis agnovit? Disciplina sapientie cui revelata est et manifesta et multiplicationem ingressus illius quis intellexit? Unus est altissimus creator omnipotens rex potens et metuendus nimis sedens super thronum illius et dominans deus. Ipse creavit illam